



## **Jus Canonicum Practice Explicatum**

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,  
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos  
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

**Pichler, Vitus**

**Ingolstadii, 1728**

Eidem Prænobili & Doctissimo, Domino Defendenti Singularis amicitiaë &  
amoris ergò applaudit Perillustris ac Generosus Dominus Joannes Ignatius  
L. B. ab Hallenstein J. U. Stud.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

Eidem Prænobili & Doctissimo Domino  
Defendenti

Singularis amicitia & amoris ergò applaudit

PERILLUSTRIS ac GENEROSUS

D O M I N U S

JOANNES IGNATIUS L. B. ab HALLERSTEIN

J. U. Stud.

**E**st aliquid Gentilitio clarescere Scuto,  
Quæque atavo scripta est sanguine, laude legi;  
Nil tamen immerito confert innata Nepoti  
Nobilitas, Ceris, esto, superba suis,  
Sanguis iners, si stemma suum, famamque parentum,  
Non studeat factis nobilitare novis.  
Nec solis AQUILAS fieri Natalibus, harum  
In pullos humiles nobilis ira probat.  
Nil Consanguinei profunt Consortia nidi,  
Communisque pater, patria, mater, avus;  
Nescia degeneris sed nictus lumina, posse  
Judice censer Sole, diemque pati.  
Quò rapior? FERNANDE, tuos meditabar honores,  
Laus AQUILÆ pennâ cur fluit ergo meâ?  
Laus tua laus AQUILÆ, patrio quam gloria scuto  
Pinxit, Consiliis (quis neget?) usâ tuis.  
Imbellem renuunt AQUILÆ generare Columbam;  
Tu renuis magno degener esse Patri.  
Hinc GENUS INGENIO, NATURÆ GRATIA certat,  
Has inter gaudet tertius ARTIS amor.  
Prodigium te SACRA THEMIS stupet, atque PROFANA  
Porrigit & LIBRAM Virgo superna suam.  
CÆSARIBUS pugnant AQUILÆ, vincuntque sub illis  
CÆSAREO studium vincere JURE, tuum est.  
Sublimes AQUILIS habitantur denique PETRÆ:  
Est tibi PONTIFICUM JUS vigilata quies,  
Remige se nemo volucrum librat altius alâ,  
Designant ausis non nisi summa suis,  
FRATERNUM stupui, quia vix imitabile, factum,  
Et tamen applausus ominor inde Pares.

Laudis summa tuæ, MAJOR quòd FRATRE MINORE

Te non MAJOREM, sed cupis esse PAREM;

Gloria namque vetat plùs ultrà tendere, quando

Summa triumphatæ laudis uterque tenet.

Semideis igitur prope solem tollere pennis,

Hujus inoffenso lumine fuge Diem.

Censori Proles GENUINA exponere SOLI

Exponi à tanto PRÆSIDE summus honor.

Adversos Solis radios hoc excipe vultu,

Nullus namque potest aptior esse focus.

---

Eidem Prænobili & Doctissimo Domino Defendenti.

Region' anhelus ades, FRATREM FERNANDE secutus,

Omnia PIRITHOO similis virésque, animósque,

Qui virtutis opes in TE exhaustisse videris?

Pape! vix galeam, thoracem, indutus & arma

FRATER, & ut THEMIDEM quærat, præcinctus eundi,

Delimit primam vixdum FAMOSUS arenam:

Esse Comes, pigrámque moram pertæsus, eadem.

Impiger ire vias, & acerbas hostibus ardes

Edere perniciés, terreri nescius HEROS.

O Superi! similes non ætas viderat antè

Ulla, nec ANGLIPOLIS tanta virtute decoros

Obstupuit JUVENES; FRATRUM PAR NOBILE, Digni

Ante alios DIGITO MONSTRARI, ET DICER: HI SUNT.

Gloria Pieridum, Patriæ decus, Incrementum

Grande GEORGINI, quod servent Numina, TECTI.

*Specialis observantia ergo applaudit  
per biennium Hospiti*

ILLUSTRE & INCLYTUM ELECTORALE  
COLLEGIUM.

---

Eidem Prænobili & Doctissimo Domino Defendenti.

In pugnam geminos Virtus trahit æmula FRATRES,

Inque theatri consistere mandat arena.

Par in utroque vigor, par virtus, spiritus idem

Magnanimo sub corde calent, viget impetus idem,

FERDINANDE tuas vires, tua robora prode!

Arma capeisse! bona est, pro qua geris impiger arma.

Causa;